



Index Librorvm Prohibitorvm Alexandri VII

Alexander

Romae, 1667

LXIX. Sanctæ Inquisitionis. Feria V, die 30. Ianuarij 1659.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81440)

profus remoti eligi debeant. Admonet præterea omnes, & singulos, quibus hoc munus examinandorum librorum pro tempore deputari contigerit, ut memores officij sui, diligentiâ, Religionem adhibeant, nec ea detrimenta, atque incommoda, quibus à conscientias redundare pariantur, neue grauissimarum Dei offensarum, ac peccatorum inde orientium rationi se se tam in hoc seculo Apostolicæ Sedis, quam in extremo fœneri Iudicij examine obnoxios esse velint. In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, ac Reuerendissimi DD. Cardinalis Spadæ Episcopi Prænestini Sacrae Congregationis Indicis Præfecti, præsens Decretum signatum, & munitum fuit. Datum Romæ, in Palatio Apostolico Quirinali Die, & Anno supradictis.

B. Card. Spada Præf.

Fr. Hyacinthus Libellus Ordinis Prædic. Sac. Congreg. Secretarius.

Loco † sigilli.

INDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
= 4.

LXIX.

SANCTÆ INQUISITIONIS.

Feria V, die 30. Ianuarij 1659.

In Congregatione Generali S. Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. ALEXANDRO Diuina prouidentia Papa VII. ac Eminentiss. & Reuerendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus, in vniuersa Republica Christiana aduersus hereticam prauitatem generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

PRODIERUNT Libri infra scripti Gallico idiomate impressi continentes Propositiones, quæ in Ecclesia Dei graue scandalum, & dissensiones parere possunt; Præterea, ne ex lectura ipsorum Christi fideles erroribus, ac prauis opinionibus inficiantur, Libris prædictis de mandato Sanctissimi D. N. maturè examinatis, Sanctissimus, relata vnanimi Theologorum ad hoc specialiter deputatorum censura, & auditis votis Eminentissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium Generalium Inquisitorum, libros præfatos prohibet, & damnat, eosque pro damnatis, & prohibitis haberi vult, sub pœnis & censuris in Indice Librorum Prohibitorum contentis, atque arbitrio Sanctitatis Sux infligendis. Nemo igitur cuiuscumque gradus, & conditionis existat, etiam speciali, seu specialissima nota dignus, Libros prædictos, aut aliquem ex illis apud se retinere, legere, imprimere, vel imprimi curare audeat, sed statim à præsentis Decreti notitia quicumque illos habuerit, locorum Ordinatis, seu Inquisitoribus consignare teneatur sub pœnis & censuris prædictis. Libri autem sunt.

Libellus, qui inscribitur, l'Obligation des fidelles de se confesser à leur Curé.
Regles Tres importantes tirées de Deux passages, &c. pour seruir d'eclaircissement à l'examen du Liure du Pere Bagot, intitulé, Défense du droit Episcopal.
Lettre de l'Auteur des Regles tres importantes à Monseigneur de Marca.
Sommaires des Declarations des Curez de Paris, &c. Par M. Iean Rouffe.

Ioannes Lupus Sanctæ Rom. & Vniuersal. Inquisit. Not.

Loco † sigilli.

SACRÆ